



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum  
Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Sixtvs Papa V. Dilecto Filio Caesari Baronio Sorano Presbytero  
Congregationis Oratorij nuncupatae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14548**

# S I X T V S P A P A . V.

DILECTO FILIO CÆSARI BARO-  
NUO SORANO PRESBYTERO CONGRE-  
gationis Oratory nuncupata.

ILECTVS Fili, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius noster Antonius et SS. Ioannis & Pauli presbyter Cardinalis Carafa nuncupatus Bibliothecarius Apostolicus nobis retulerit, a te primum Attalium Ecclesiasticorum volumen editum, aliaque propediem edenda esse, opus non minus docte quam fideliter a te scriptum, & ad totius antiquitatis Ecclesiasticae notitiam comparandam valde utile, quibus nimurum non tantum res gestae exacte per annos singulos recententur, & quae de his obortu sunt controversiae elucidantur, sed etiam ipsi Apostolicarum traditionum fontes purissimi aperiuntur, atque hereticorum mendacia confutantur: Nos, qui eruditorum omnium souere solemus in genia: cum tamen in primis in dultriam, & egregiam pro Catholica Ecclesia nauatam operam magnopere in Domino comendemus: Cupientes, ut idem a te editi, vel edendi Annales Ecclesiastici ad integrum rerum veritatem custodientur penitus incorrupti, & quam diligentissime fieri potest, typis excedantur: ac demum ne a quoquam seu negligenti, seu malitia, mendis deformari, aut alter etiam forsitan titulo mutato vel forma, mutari, corrumphi, vel depravari possint. Motu proprio & certa nostra scientia, omnibus & singulis Cœlesti fidelibus, praetertim librorum Impressoribus, ac Bibliopolis, quousque nomine nuncupatis, tam in Urbe, & illius districto, ac statu & ditione temporali nobis & S. E. mediate, vel immediate subiecta, sub quingentorum ducatorum auri Camerae Apostolice co ipso applicando, sum, nec non amissionis librorum atque typorum, quam etiam per totam Italiam, & extra eam vbius gentium, & locorum constitutis, sub Excommunicationis maioris latæ sententia peinis co ipso ab alijs alia declaratione incurris: Auctoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus & inhibemus, ne per decem annos Data præsentium computandos, primum Tomum Annalium a te editum, & alios singulos a te edendos tortidem annorum spatio ab vniuersitateque eorum editione numerando, absque tua licentia imprimere, aliòve titulo, vel forma, quoquis prætextu mutatos, vel alio quoconque idiomate versos edere, vel sic editos vendere, sepius venales tenere audeant vel presumant. MANDANTES vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & alijs locorum ordinariis, eorumque Vicariis, seu officialibus in spiritualibus, generalibus, ac in dicto nostro statu Ecclesiastico Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatis, & alijs Officialibus: vt quando, & quoties per te, vel tuo nomine fuerint requisiti, præmissa cōtra ipsoobedientes exequuntur, & obseruari faciant, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij saecularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusvis personis quomodolibet concessis & confirmatis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac si ad verbum infererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, hoc vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, caterisque contrarijs quibusunque. Volumus autem ut præsentium litterarum exemplis etiam in ipsis voluminibus impressis eadem vbique fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibite, vel ostensa. Datum Roma apud sanctum Marium, sub annulo Piscatoris. Die xxvi. Iunij. M. D. LXXXVIII. Pontificatus nostri Anno quarto.

Tho. Thom. Gualterini.

F R A N